UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

XLI. Nicolaus Sack stiftet und dotirt die Pfarre zu Butterfelde und gründet bei derselben eine Memorienstiftung für sich und seine Voreltern, am 11. Januar 1409.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

ville Botervelde piſcaturam privatam tantum pro menſa ſua debeat habere ſine mei meorumque heredum contradiccione. Abrenuncians preſentibus una cum meis heredibus et ſucceſſoribus proprietati et juri, juxta — — et aſſenſum, juſſionem et approbacionem nobilis viri domini Johannis Wardenberg, domini et heredis caſtri Zheden et advocati nove Marchie, prout in literis ſuis et deſuper confectis plenius atteſtatur, ſuper quadraginta duas marcas antedictas easque peramplius ſpiritualis proprietatis judicio ſunditus adtribuens. Jus tamen patronatus ſive jus preſentandi ad me meosque heredes carnales ſuccedentes ſexus virilis, quamdiu vixerint, debeat pertinere, Poſt vitam vero ipſorum ad ſanctimoniales monaſterii Tzeden in perpetuum pertinebit. Eciam iſtam condicionem fore volo interjectam, Ut memoratus altariſta, qui pro tempore fuerit, debeat propria in perſona in ipſa dicta villa Botervelde reſidere et plebano in licitis et honeſtis parere et obedire. Atque altariſtam alibi ſi contingeret reſidere, ex tunc nemo, niſi qui per patronos ad id electus fuerit, ipſum altare officiare debebit, cui eciam officiali integri redditus totaliter diſtribui debent atque dari effective absque ipſius vicarii contradiccione. Ceterum ſi ipſam vicariam permutare pretenderit altariſta, ex tunc et virum idoneum et patronis congruentem et nullum alium loco ſui collocabit. Ut ergo ſupradictam donacionem una cum ſuis clauſulis autoritate veſtra ordinaria approbare et confirmare dignemini reverendiſſimam veſtram deprecor paternitatem ſtudioſe. Atque honeſtum virum dominum Petrum Brentzel, ſi id ipſum altare confirmatum fuerit, veſtre reverendiſſime paternitati duxi preſentandum, ſupplicans devocius, ut eundem dominum petrum ad ipſum inſtituere dignemini et inveſtire. Pro quo venerabili opere paternitati veſtre volo, ut alias teneor ad queque mandata et beneplacita benivolus obligari. Datum Botervelde, anno domini MCCCCI, ipſo die Sancte Dorothee virginis glorioſe, proprio ſigillo ſub appenſo. Nos itaque dictas preces ex radice caritatis tam Dei quam proximi procedentes fruſtrari nolentes, hujus altaris fundacionem et dotacionem, redituum premiſſorum aſſignacionem et juris patronatus reſervacionem ac omnia et ſingula in eisdem premiſſis literis contenta ratificamus, approbamus et in Dei nomine confirmamus per preſentes, jure tamen ordinario nobis et ſucceſſoribus noſtris inviolabiliter reſervato. Inhibemusque ſub anathematis et excommunicationis penis, quas in his ſcriptis ferimus, ne quisquam cujuscunque preeminencie, dignitatis, condicionis, ordinis, gradus, ſtatus et ſexus exiſtat, premiſſa infringere vel eis auſu temerario contraire aut impedimentum inferre vel ea alienare, diſtrahere aut ad prophanos uſus revocare audeat vel preſumat quolibet quocunque queſito colore vel occaſione quacunque, ſicuti preter has penas indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus et ulcionem canonicam voluerit evitare. Datum in caſtro noſtro Corlin, anno domini MCCCCI, die XXI menſis marcii, noſtro majori ſub ſigillo.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 218.

XLI. Nicolaus Sack ſtiftet und dotirt die Pfarre zu Butterfelde und gründet bei derſelben eine Memorienſtiftung für ſich und ſeine Voreltern, am 11. Januar 1409.

Coram univerſis et ſingulis Chriſti fidelibus preſencia audituris ſeu viſuris ego Nicolaus Sak, miles, reſidens in villa Botervelde, una cum meis veris heredibus preſentibus et futuris

ad fundandam et dotandam ecclesiam parochialem in villa Botervelde, Camminensis diocesios, publice recognosco et in honorem omnipotentis Dei ejusque matris Marie gloriose omniumque sanctorum irrevocabiliter donavi et dedi presentibusque dono et do plebano ecclesie parochialis in villa Botervelde presenti et futuro triginta marcas Stetinensis monete perpetuorum redituum vinckonensium denariorum, decem marcas super theatro opidi Schowenvliet, quas ego pro centum talentis ejusdem monete a provisoribus ejusdem oppidi in prompta pecunia comparavi, ac viginti marcarum reditus a strenuo milite domino Nicolao de Marwitz in promptioribus bonis ville Berenvelde pro ducentis talentis vinckonensium denariorum per me juste comparatas. Item dono omnibus et singulis pretacte ville presenti et futuris ecclesie parochialis plebanis decem et octo jugera in tribus campis ville prenotate in utilitatem plebani presentis et futuri, perpetuis temporibus colenda et obsecranda. Rursum pro me et veris meis heredibus cuilibet plebano presenti et futuro itemque vicario ecclesie ejusdem presentibus dono perpetuam libertatem ducendi et habendi phazelum*) super aquas meas in metis et terminis ville pretacte et recia ad prendendum pisces, quantum ad eorundem sufficiat mensam et coquinam. Insuper do et irrevocabiliter dono prenarrate ecclesie plebano et vicario potestatem liberam secandi et educendi ligna de merica mea Blezyn, quantum ad usum eorum sufficere valeat copiose. Preterea do presentibus et assigno prelibate ecclesie presenti et futuro plebano duarum marcarum vinckonensium denariorum reditus pro anime mee, parentum ac heredum meorum perpetua memoria celebranda sub modo talibus et forma, Videlicet quod omni dominica de vespere vigilie et feria II^a de mane missa pro defunctis celebrentur, memoria quoque parentum heredumque meorum ac mei ex tunc fideliter habeatur. Si autem plebanus, qui pro tempore fuerit, predicta non impleverit aut servare recusaverit, ex tunc ego Nicolaus, heredes et successores mei his duarum marcarum reditibus, ubi nobis visum fuerit, pretactam memoriam celebrari disponendi liberam habeamus facultatem. Ad omnia igitur et singula premissa, sicut premittitur, perpetue et inconvulse a me et heredibus meis presentibus et futuris ac irrevocabiliter servanda ego Nicolaus Sak, miles prenominatus, presentem paginam Anno domini MCCCCIX, feria VI infra octavas Epiphanie domini mei, sigilli appensione in villa Bottervelde animo deliberato et decreta sententia feci communiri.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 221.

*) Einen Kahn.

XLII. Bestätigung des Vogtes der Neumark für die Nonnen in Zehden über einen Theil des Dorfes Zachow, vom 25. März 1425.

Walter Kastorff, Bruder dutsches Ordens, Voged der Nygemarckt, wy don kund vnd bekennen openbar in disser gegenberdige Schrift vor alle dy jene, dar dysse Briff vorkumt, dat wy na rade vnses Kumpans Her Lambrechtes von Wedel vnd vmme sunderlicke vlitige bede Wille der erbarn vnd vorsichtigen vnser leuen getruwen Meister Albert Petz, prouestes thor Czeden, ffrederick Kück, Erasmy Morners, Henning Brandenborg, Borgermeisters vnser Stadt Konygberg, Mote lotus, Hans Gronitz, Jacob Rosendals, Radmanne tho Konygberg, vnd men-